

anno domini MXCVII, indictione quinta: cruces auree quinque cum suis baculis deargentatis, capsula dominice crucis deaurata, crux Constantini Slavi, libri quattuor deaurati, duo deargentati, serinia quattuor deargentata, calices aurei tres cum patenis et aurea fistula, calices argentei quinque cum patenis, thuribula argentea duo, calix cristillinus cum aureo pede.

*Gesta abb. Bergg. in den Magdeb. Geschichtsblättern V, 376. Vergl. Magd. Regesten I, n. 834.*

### 1105, October 20.

16.

*Heinrich, Erzbischof zu Magdeburg, schenkt dem Johanniskloster zu Magdeburg die Fähre bei Fermersleben.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gracia Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus. Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod pro remedio anime nostre tradidimus transportum ad Fredhimaesleve ecclesie beati Iohannis baptiste in usum fratrum monachorum scilicet ibidem deo militantium testibus Herimanno urbis prefecto eiusdem ecclesie advocato et Caucone milite episcopi ac Thiderico ministeriali episcopi eodemque villico in Calven aliisque quam plurimis ibidem presentibus. Et ut hec nostra traditio in perpetuum inconvulsa permaneat, banno nostro confirmamus. Anno dominice incarnationis MCV, indictione XIII. XIII Kalendas Novembris.

*Aus dem Privilegienbuche S. 37 mit der Ueberschrift: Albis liber transportus conceditur nobis, in capsula C. XV. Weisses Buch S. 38. 39 mit der irrigen Jahreszahl 1100. — Vergl. Magd. Regesten I, n. 860.*

### 1107.

17.

*Hildibold, Abt des Johannisklosters zu Magdeburg, und Anno schliessen einen vom Erzbischof Adelgot von Magdeburg bestätigten Tauschvertrag, wonach ersterer die Besetzung Roda nebst 2 Höfen im Dorfe Schmalbeck gegen 1½ Hufen im Dorfe Olvenstedt abtritt und unter Hinzufügung von 10 Pfund Geldes ein Gut von 8 Hufen im Dorfe Stemmeren erhält.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus credentibus Christi fidelibus notum sit, qualiter matrona quedam Iudhita cum filio suo Annone campsonem cuiusdam possessionis sancti Iohannis baptiste Roda nominate ab Hildiboldo abbate tam studiose quesierit, ut predictus eius filius cum Heinrico archiepiscopo huius campsonis licentiam a rege Heinrico quinto acceperit. Quam predictam possessionem cum ecclesia et silvis, pratis ac pascuis et cum omni iure proprietatis ad eam pertinentis, insuper et in villa Schmalbeck dicta duas curtes in tantum predii, unde annuatim duodecim solvuntur solidi, ei prefatus abbas concessit, quod predium idem pater acquisivit a Bernhardo sancti